UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Svmmarivm Homil. Qvadragesimæ Octavæ Sequent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53092

Visual Library

# SVMMARIVM

## HOMIL. QVADRAGESIMÆ OCTAVÆ SEQVENT.

DVo notantur in hac Homilia. Primum, neceſſitas Dominicæ Reſurrectionis. Secundum, eius veritas, quam Dominus confirmauit. Neceſſaria fuit Reſurrectio Domini, vt cum illa & per illam probaret ac definiret fidei veritatem, quam de Diuina ſua perſona, & cœleſtibus myſterijs prædicauerat. *a.* quam remiſerat confirmandam in Reſurrectione ſua aſſignans illam Iudæis vt ſignum irrefragabile, quando ab eo ſigna petierunt, figuratam per hiſtoriam Ionæ. *b.* quæ pluribus mirïſque ſcatet circumſtantijs. *c.* quas omnes Chriſtus in morte ſua ac Reſurrectione confirmauit & impleuit. *d.* Probat ſuam Dominus Reſurrectionem manifeſtis multiſque argumentis, ſe viuum oſtendens, & pluribus apparens, & vna vice quingentis ſimul exiſtentibus. *e.* Verùm primò omnium Sanctiſſimæ ſuæ Matri rediuiuus apparuit. *f.*

*§. 1. Reſurgens Chriſtus definiuit & confirmauit fidem argumento longè fortiori quàm Sacerdotium Aaronis virgæ illius germinatione.*

*§. 2. Chriſtus in Reſurrectione ſua primariam comprehenderat perſonæ ſuæ confirmationem: vnde fuit illa neceſſaria.*

*§. 3. Duodecim circumſtantiæ notantur in Iona, & omnes plenæ myſterijs, quibus Chriſti Reſurrectio ſignificetur.*

*§. 4. Conueniunt Chriſto ſeptem illæ primæ circumſtantiæ in Iona præfiguratæ.*

*§. 5. Deſcendit Dominus ad inferos aliò longe modò, quàm Ionas ad cauernas pelagi profundiſſimas.*

*§. 6. Deſcendit Dominus ad omnes inferni carceres ſed diuerſimodè ad hos & alios.*

*§. 7. Non potuit mors Chriſtum digerere ſicut nec cetus Ionam: vnde ſe ventre eius egreſſus eſt ſecum SS. Patres de limbo educens.*

*§. 8. Multi Sancti cum Chriſto ſurrexerunt & quinam illi fuerint declaratur.*

*§. 9. Chriſtus Reſurrectionem ſuam legitimè probauit apparens in monte Galilææ.*

*§. 10. Primò omnium apparuit Dominus Matri ſuæ Sanctiſsimæ à mortuis rediuiuus.*